canatenſ. hæred. 28 Junii 1652, §. à dicta verò die coram me.

Verùm quia poſt mortem Petri Hieronymi ſequuta die 29 Auguſti 1607. *Summ. Cincii n.6*, præfatæ, Olimpia & Virginea ſorores unà cum Iſabella hæredes uſufructuariæ ab eo inſtitutæ poſſederunt, ut dicta 4, corpora uſque ad obitum ultimi decedentis, quæ, ut refert, fuit Olimpia, & accidiſſe de anno 1627, ut admittit *deciſ. Reverend. mei Peutingerii edita 15 Martii 1651. in §. nec obſtat*; ideò ex dicta ſumma Florenorum 3808. remanent fructus legitimæ in Florenis 1886⅔. conſtituentibus ſcuta 1166. b. 66, monetæ Romanæ, à qua ſumma detrahi debent, dicta ſcuta 500 monetæ, & alia per Columbos, ut ſuprà habita ab Oeconomo die 10 Martii anni 1631. conſiſtentia in eminis 63 tritici conſtituentibus Salmas 21. ad rationem ſcut. 8. pro qualibet Salma, ut partes conveniunt, quæ faciunt ſcuta 168. in fabis pro ſumma ſcut. 4, 50, omiſſa minima quantitate cicerum, & aliorum leguminum, & demum in penſionibus domorum aſcendentibus ad ſcuta 16, & 50, monetæ in totum *in ſumm. juſtificatis*, & ita patet ad Columbos perveniſſe ſcuta 688. monetæ in tot. quibus detractis ex dicta ſumma ſupra calculata, ſcutorum 1166, b. 66, remanent. dd. fructus in ſcut. 478, 16, iſtiſque additis aliiſque fructibus poſt d. diem 10 Martii 1631, decurſis uſque ad diem 10 Martii 1655, per annos 24, conſtituentibus alios flor. 2400, qui important ſcuta 1500, monetæ inſimul conficiunt dicti fructus ſcuta 1978, 16, monetæ pro quibus, & pro leg. flor. 2000. conſtituentium ſcuta 1270, ejuſdem monetæ Romanæ, & inſit in totum pro ſumma ſcut. 3228, 16. & pro aliis fructibus ab inde decurſis & impoſterum decurrendis uſque ad integram ſatisfactionem dicti legati Domini immiſſionem conceſſerunt utraque parte informante.

DECISIO CI.

R. P. D. Albergato.

Romana Caſalis Veteris.

Veneris 4 Junii 1655.

SUMMARIUM.

1 *Deſcendentes à fæmina non dicuntur de generatione maſculina, ſed fœminina.*
2 *Filia primi acquirentis non dicitur de generatione maſculina, nondum quoad ipſum ineſſe producta.*
3 *Virtutis plus in cauſato eſſe non poteſt, quàm in cauſa.*
4 *Maſculus quod quis ſit, & proveniat ex linea maſculina primi inveſtiti requiritur, ut ſuccedat in emphyteuſi conceſſa à tertia generatione maſculina, ex fœmina non continetur in locatione facta ad tertiam generationem maſculinam, n. 39.*
5 *Interpretatio in emphyteuſi Eccleſiaſtica, quæ favet Eccleſiæ capienda in contractibus fit contra ſtipulatorem, n. 6.*
7 *Dictio, A, ſtat excluſivè, declara, ut n. 8.*
9 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica etiam ultra tertiam generationem conceditur, conceſſa ad tertiam generationem, an comprehendat acquirentem primum dubitatur, n. 10.*
11 *Bona ut citius ad Eccleſiam revertantur, mens contrahentium in emphyteuſi præſumitur.*
12 *Filii dicuntur primi acquirentes emphyteuſis, quando pater ſtipulatus eſt pro filiis, & ad eorum tertiam generationem.*
13 *Dictio, eorum, eſt ſeparativa primi acquirentis à cæteris generationibus, prout omnimodam importat ſimilitudinem, n. 24.*
Propterea poſita poſt copulativam, &, conjungit diſpoſitiones, num. 25.
14 *Scripturæ pleniori ſtatur, maximè concurrentibus adminiculis, n. 15.*
16 *Emphyteuſæ ad favorem, ex quibus fiat interpretatio.*
17 *Capitula, & non inſtrumentum attenduntur, & n. 19.*
18 *Relato magis ſtandum, quàm referenti.*
20 *Perſonæ additio ſubſtantialem inducit alterationem.*
21 *Confirmans in aliquo non derogare videtur.*
22 *Clauſula in omnibus, & per omnia importat conformitatem, ſingula ſingulis operatur ſuperius diſpoſitorum expreſſionem, n. 23.*
26 *Verba quando habeantur pro ſynonymis, Comminciando da ſuoi figlivoli, immediatè adjecta generationi, eam qualificant, nu. 33, & nu. 34.*
27 *Interpretatio capi debet ad evitandam contrarietatem inter capitula, & inſtrumentum.*
28 *Tituli à primordio, poſterior formatur eventus.*
29 *Beneplaciti tenor, & non inſtrumenti attendi debet, præſumptio ex lapſu 30 annorum ſublata, n. 30.*
31 *Obſervantia optima interpres menti contrahentium excludendi fœminas in emphyteuſi attenditur, n. 32.*
35 *Temporis intervallum non operatur, ut ſtetur inſtrumento, non autem capitulis.*
36 *Argumentum intraturæ in emphyteuſi non reſpicit ſubſtantiam contractus.*
37 *Argumentum continuatæ voluntatis in expreſſis deſumitur ex mutatione expreſſa in aliquo.*
38 *Favor Eccleſiæ in ambiguis privatorum prævalet.*

DIxerunt Domini, conceſſionem Caſalis veteris factam ab Abbate, & Canonicis Sancti Petri ad Vincula, Joanni Baptiſtæ Victorio *à tertia generatione maſculina, cominciando da ſuoi figlivoli*, &c. non ſuffragari DD. de Robertis, quia licet maſculi, tamen uti deſcendentes * à Vi- 1
ctoria filia Joannis Baptiſtæ non poſſunt dici de illius generatione maſculina, ſed fœminina, juxta theor. Caſtr. *in l. maritus, num. 5, Cod. de procurat.* Mart. Salom. *in l. Gallus, §. nunc de lege, n.3*, ubi DD. communiter *ff. de liber. & poſth. ſpec. §. nunc aliqua verſ.146.tit.de locat.* & repetit idem Caſtr. *conſ. 190, n.4, vol.2*, Curt. jun. *conſilio 72, n. 5, verſ. Et ideò* Socin. jun. *conſ.186.n.10, & 14, lib. 2*, Ruin. *conſ. 126, n. 13, & conſ. 208, nu. 7, volum. 1*, Rauden. *reſponſ. 35, n. 20, lib. 1*, Dec. *conſ. 319, ſub n.2*, Rugger. *conſ. 21, n 9*, Modern. Lucen. *conſ. 13, nu. 7, & conſ. 80, nu. 81, vol. 2*, Peregr. *de fideic. art. 26, n.29, in fine, verſ. adducit etiam* Fuſar. *de ſubſtit. quæſt. 346, num. 27, & 39*, Molin. *de primog. q.13, n.8, latiſſimè*, Caldas *de jur. emphyt. lib. 2, q.24, n.86, cum ſeq.* Gratian. *diſcept. for. c.901, n.21, 22*, Mantic. *de tacit. lib. 22, tit.15, n.16, & tit.16, c.23*, Rota *coram Verall. dec.16, 17, 18, p.2, coram Duran. dec.300, n.6, & in Bonon. fideic. de Barberiis 5 Decemb. 1659. §. 1, quia concluſio coram Eminent. D. Card. Corrado, & 19 Februarii 1652, §. nam reſpondetur coram Reverend. P. D. meo Bichio.*

Principium enim conſtitutivum generationis maſculinæ, vel fœmininæ, pendet à filiis, qui ſi maſculi, conſtituunt generationem maſculinam; ſi
2 fœminæ fœmininam, ac proinde ſicuti *filia * primi acquirentis* ſub prædicta conceſſione non contineatur, quia non poteſt dici *de generatione maſculina* nondum quoad ipſam ineſſe producta, Caſtr. *dict. conſ.190, in princ.* & plenius Alex. *conſ.53, n.5, cum ſeq. vol. 6*, Curt. *de feud. p.3, n.28*, Pariſ. *conſ.74, n.2, vol.3*, Polydor. Rip. *obſerv. 306, dicta qu.346, n.35, & 36*. Ita nec aliquis ex ea deſcendens, cùm
3 in cauſato * non poſſit eſſe plus virtutis, quàm procedat ab influenti potentia cauſæ, ad *text. in l. ſi viva matre, Cod. de bonis matern. & in cap. ad Apoſtolicæ de re jud. in 6*, Caſtr. *in dicta l. maritus, n.5, verſ. ſed certum.* Joan. Andr. *in addit. ad ſpec. rubr. de teſtam. in fine.* Alex. *dicto conſil.53 n.7*, Honded. *conſ.7, n 28, lib.2*, Molin. *dicta quæſt.13, ſub eodem n. 8, in fine.* Mantic. *ubi ſupra lib. 23, tit. 36, n. 2*, Ruggier. *d. conſ.21, n.10*, Modern. Lucenſ. *d. conſ. 80, n. 81*, Peregr. *d. art. 26, n.7, 8*, qua ratione ad effectum ſucceſſionis in hujuſmodi emphyteuſi du-
4 plicem requiri qualitatem, * quod ſit maſculus, & proveniat ex linea maſculina primi inveſtiti appoſitiſſimè deduxit Caſtr. *dicto conſ. 190, poſt n. 4, verſ. ſi dicam*, ubi quod excluditur omnis fœmina deſcendens ex maſculo, & omnis deſcendens ex fœmina, etiamſi ſit maſculus, cui non prodeſt proprius ſexus maſculinus, ſed nocet ſibi fœmineus ſuæ Matris, vel Aviæ, quem ſequuti ſunt Gozadin. *conſil. 87, n. 15*, Menoch. *conſilio 205, n. 29*, Socin. jun. *cap.1, n. 117, lib.1*, Ruin. *dicto conſilio 209, eodem n. 7*, Ruger. *d. conſ.21, n.23*, Raudenſ. *d. reſp. 35, ſub eod. n. 26.* Modern. Lucenſ. *conſ. 26, n. 67, lib. 1, d. conſ. 13, n. 7, & d. conſ. 80, nu. 85, lib. 2*, Joſeph. *de Seſſ. deciſ. Aragon. 49, n.7, 8*, Rota *coram Durand. deciſ. 300, n. 7, & dec. 203, n. 5, p. 2, rec. fuitque dictum in altera deciſione hujus cauſæ, cum D. Principiſſa Rocellæ ſub die 5 Maii 1653, §. nec urget coram me.*

Quæ opinio redditur indubitabilis in terminis
5 emphyteuſis Eccleſiaſticæ, in qua * ſemper ea ſumi debet interpretatio, quæ eſt Eccleſiæ favorabilior, Caſtr. *dicto conſ. 190, in fine.* Rugger. *d. conſ. 21, n.18*, Gratian. *diſcept. for. c. 88, n.6, & c. 131, n.2, cum aliis allegatis in præcit. deciſ. hujus cauſæ, §. penult. verſ. quæ opinio.* Et regulariter in contracti-
6 bus interpretatio * fit adversùs ſtipulatorem, *leg. veteribus, ff. de pact.* Alciat. *conſ. 104, n. 6, leg. 9, aliiſque relatis.* Peregr. *dicto art. 26, n. 8, in fine.*

Nec contrarium ſuadetur ex illis verbis *Comminciando da tutti li ſuoi figlivoli*, quaſi generatio maſculina eſſet inchoanda à nepotibus, quos ideò ſufficeret eſſe maſculos ut pro incluſione iſtorum de Robertis, deſcendentium ab Octavio filio Victoriæ ponderabatur, cùm particula, *Da*, latinè
7 ſonans in Monoſyllabam *A* * ſtet excluſivè, ut docet *gl. in verbo ab initio in leg. 10, §. fin. ff. de act. empt. & Clem. ſicut appellationem verb. à diebus de appellationibus.*

Quia ſi aliter poſtulet, vel materia ſubjecta, ut
8 quia dicta præpoſitio ſit juncta * cum ſuo principio, aut natura contractus, ſeu veriſimilis mens contrahentium, accipitur incluſivè, ut declarant Archid. *in c. ſtatutum n.2, de præben. in 6*, Bald. *in l. à Caligato n.12, C. de nupt.* Oldrad. *conſ. 49, n.1*, Grat. *c. 161, n. 21.* Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1, gl. 11, n. 33*, Rota *dec. 705, n. 3, p. 4, diù.*

Hic autem eſt juncta cum ſuo principio, cùm ſit adjuncta perſonis filiorum, à quibus incipit generatio, ut in ſpecie animadvertit Simon de Pret. *conſilio 20, n. 16, conſ. 88, n. 8, 17, lib. 2.* Et in præciſis terminis de conceſſione facta ad tertiam generationem ab aliquo inchoandam, quod iſte conſtituat primum gradum dixit Rota *coram Buratt. dec. 602, n. 9, & in Foro Sempronien. & Eugub. ſeu nullius Emphyt. 26. Junii 1636, §. nec præfatæ in fine, coram bo. me. Coccino.*

Idem ſuadet natura contractus, & veriſimilis mens contrahentium, quia ſimiles Emphyteuſes bonorum Eccleſiaſticorum ſolum concedi pro tribus perſonis, comprehenſa prima receptoris cavetur *in §. Emphyt. auth. de nov. alien.* qui textus licet correctus fuerit, *in §. licentiam, juncta gl. auth. de alien. & emphyt.* Ex quo apparet emphyteuſim * Eccleſiaſticam concedi poſſe, etiam ad quar- 9
tam, & ulteriorem generationem, ut dixit Alex. *conſ. 125, n. 16, lib. 5*, Ruin. *conſ. 186, n. 9. lib. 1*, Mantic. *de tacit. lib.22, tit.25, n.13*, Seraphin. *deciſ. 1362, n.7.* Tamen argumento deſumpto ex *d. §. Emphyt.* controverſa eſt opinio an in Emphyteuſi conceſſa ad tertiam * generationem includa- 10
tur primus acquirens, ut patet ex Mantic. qui eam diſputat ad partes *in d. tit. 25, per tot.* Gabr. *de jur. emph. lib.3, concl.4*, Bald. *conſ. 448, per tot. lib.3*, Caſtr. *conſ. 338, n.2, lib. 2*, Simon de Pret. *d. conſ. 88, n.24*, Cephal. *conſ. 582, n 13, 14, & conſil. 585, n 8*, Hond. *conſ. 32, n 38, lib.2*, Mareſc. *var. reſ. c. 53, n. 20. l.2.* Merl. *dec 420, n 7, 8*, cum aliis allegatis, *in d. Foro Semp. & Eug. ſeu nullius emph. eod. §. nec præfatæ*; Quo circa illa verba, *Comminciando da tutti li ſuoi figlivoli*, cenſentur appoſita ad evitandas diſſentientes DD. opiniones, ſuper incluſione primi acquirentis, non quia ſtarent augmentativè ad inchoandam generationem in perſona nepotum contra naturam contractus, & veriſimilem mentem contrahentium, * quæ talis 11
fuiſſe creditur, ut bona quàm citius ad Eccleſiam revertantur, ut in ſpecie ſimilis declarationis reſpondit, Rota *deciſione 499, n. 3, in fin. p. 3, rec.*

Minus urget hæc ſolum procedere inſpecto tenore Capitulorum, ſecus habito reſpectu ad verba inſtrumenti deſuper celebrati, ubi Joannes Baptiſta ſtipulatus eſt, & acceptavit pro filiis, & ad eorum tertiam generationem, * ex qua forma ſtipu- 12
lationis, filii cenſentur primi acquirentes, pater autem conſideratur, ut inſtrumentum, & filiorum miniſter juxta theoricam Alex. *in l. quod dicitur n. 16, verſ. tamen quod caſum noſtrum.* & ibi Jaſ. *n.27, ff. de verb. oblig. quem ſequuntur* Ruin. *conſ. 122, n. 3, in princ. lib. 1*, Menoch. *præſumpt. 48. n.7. lib.3*, Surd. *dec. 322, n.20*, Modern. Fulginat. *de jure emphyt. tit. de contr. emph. q. 4, n.8*, Maſc. *de probat. concl. 1157. verſ. limitanda eſt primò n.5, & 6*, & ſic prima generatio incepiſſet à nepotibus virtute dictionis, *eorum*, * quæ eſt ſeparativa primi acquiren- 13
tis à cæteris generationibus, pro quibus fit ſtipulatio, juxta diſtinct. Bald. *in Auth. ſi quas ruinas, C. de Sacroſ. Eccl.* Alex. *conſ. 110, n.18, 19, libr. 3*, Gozad. *conſ. 25, n.7*, Gabr. *de emph. concl. 4, n. 3, 4.* Ruin. *de conſ. 166, n. 6*, Bellon. *conſ. 80, nu. 5*, Mant. *d. tit. 25, nu. 15*, Menoch. *conſ. 1066, n. 17*, Rota *coram Seraph. dec. 1362, n.2*, Add. *ad Buratt. dec. 602, n. 25, coram Gregor. 533, n. 1*, ubi Add. *n. 20, coram Merlin. d. dec. 420, n. 2, 3.*

Quod autem inſtrumentum, non capitula attendi debeat, deducebatur ex illorum obſcuritate, cùm illa verba, *Comminciando da ſuoi figlivoli*, referri poſſint tam ad generationem, * quàm ad tem- 14
pus conceſſionis, quo caſu ſtatur ſcripturæ pleniori, juxta celebrem doctrinam Bald. *in l. Imperator, n.26, 27, ff. de ſtat. homin.* Alex. *conſ. 70, n.5, lib.1. & conſ. 105, n. 3, lib. 2*, Natt. *conſ. 314, n. 4*, Bert. *conſ. 55, n.4, l.5*, Soc. ſen. *conſ. 94, n.5, l.1*, Rimin.

jun. conſ. 197, n. 54, lib. 2, Surd. conſ. 141, n. 6, Ma-
reſc. var. reſol. p. 1, c. 93, n. . . . Rota coram Buratt.
dec. 265, n. 3, & deciſ. 671, n. 3, p. 1, diverſ. junctis
15 præcipuè adminiculis reſultantibus * ex pluribus
enunciativis in narrativa ejuſdem inſtrumenti, ac
in alio confirmationis emiſſis; & primum in ſup-
plicatione pro obtinendo Apoſtolico beneplacito,
ac in articulis datis coram Executore, formam
conceſſionis ad tertiam filiorum generationem re-
ferentibus Bald. in l. optimam n. 12, verſ. niſi aliud,
C. de contrahend. & committ. ſtipulat. Alex. conſil.
190, n. 22, lib. 6, Bec. dec. 252, n. 7. Nec non longo
temporis intervallo inter Capitula, & Inſtrumen-
tum, ex quo præſumitur mutatio voluntatis, ut
accidit etiam in intratura, quæ in Inſtrumento
aucta fuit in ſcutis centum Rota in Romana Situs 15
Decemb. 1642, non obſtat coram Reverend. Tarracon.
ac demum cùm Caſale controverſum prius loca-
tum reperiretur Julio Porcario in perpetuum ſub
annua penſione ſcutor. 300. Joannes Baptiſta illud
redemit propriis expenſis à dicta perpetua locatio-
ne, & à lite deſuper orta, penſionem auxit ad
ſcut. 360, & ſolvit pro intratura ſcuta 1100. quæ
16 omnia operantur; * ut ad favorem Emphyteutæ
benigna ſit facienda interpretatio Gramat. conſilio
160, n. 13, Mant. de conject. l. 7, tit. 1, n. 21, Mo-
dern. Fulgin. de ſucceſſion. in bon. emphyt. q. 9, n. 3.

Sed his minimè obſtantibus, capitulis deferen-
17 dum eſſe cenſuerunt Domini ex vulgata regula, *
quod data contrarietate inter capitula, & Inſtru-
mentum, eſt ad illa recurrendum, tanquam ma-
tricem, & originalem conventionem, Alex. conſi-
lio 156, n. 8, lib. 6, Zabarell. conſ. 111, n. 1, Mod.
Eugub. contr. 182, n. 9, p. 2, Theſ. lib. 1, qu. 1, per
tot. Surd. conſ. 202, n. 19, & dec. 71, n. 4, & 288, n.
41, Adden. ad Greg. dec. 168, n. 8. Rota dec. 114,
n. 4 p. 1, rec. cor. Merl. dec. 608, n. 17, coram Penia
dec. 1237, n. 19, cum ſeq. & in Aſſiſien. dot. 22 Junii
1640, §. nec pariter coram Rev. Tarracon. & in Rom.
Vineæ 25 Junii 1645, in princip. coram R. P. D. meo
Bichio. Quæ concluſio ſi procedit in puris termi-
nis, quando præceſſerunt Capitula, & ſubſequi-
tur Inſtrumentum, multò magis in præſenti, quo
partes convenerunt inſtrumentum deſuper cele-
brari nullo mutato verbo ſubſtantiali, eorúmque te-
nor fuit ad unguem relatus in eodem Inſtrumento,
18 quo caſu ſuccedit alia regula, * magis ſtandum eſ-
ſe relato, quàm referenti, Rota deciſ. 121, nu. 6,
p. 1, Mantic. deciſ. 352, nu. 2, Adden. ad Gregor.
ſub d. n. 8, in fin. verſ. Item hæc ſecunda, & dictum
fuit in Æſina dotis, & lucri dotalis 11 Januarii
1649, § nec quidquam coram Arguelles. Et Inſtru-
mentum uti factum pro majori conventorum ro-
bore, ut ibi, hinc eſt quod volentes dictæ Partes ean-
dem Capitulationem ad effectum deducere, & in pu-
blicam formam, illique majorem facultatem, & robur
adjicere, &c. conſideratur ſolum ad effectum ma-
joris probationis, & validioris obſervantiæ. Capi-
19 tula * verò cenſentur diſpoſitio principalis, & ſub-
ſtantia contractus. Alex. conſ. 122, num. 3, libro
ſecundo. Modern. Panorm. conſilio feudal. nu. 13.
verſ. arbitror tamen ego, & n. 14, Mantic. de tacit.
libro 3, titulo 4, nu. 4, 7. Juncta præſertim dicta
præcedenti proteſtatione in Capitulis appoſita, ne
quid in Inſtrumento circa ſubſtantialia immutare-
tur, qua data ſi quid additur à Notario cum Ca-
pitulis incompatibile, quoad ſubſtantialia præ-
ſumitur ex errore Alex. dicto conſilio 122, num. 2,
Modern. Eugub. d. conſ. 182, eod. n. 9, in fine, Rota
coram Merlin. d. deciſ. 608, nu. 17. Additio verò
20 * unius perſonæ, quod ſit alteratio in ſubſtantia-
libus dixit Rota in citat. Foro Sempronien. & Eu-
gubin. ſeu nullius emphyteut. paragraph. nec præfatæ.

Præterea eò minus diverſa interpretatio à Ca-
pitulis ſumi poteſt, cùm in parte diſpoſitiva In-
ſtrumenti, Canonici ſe conceſſionem facere de-
claraverint ad tertiam generationem in omnibus,
& per omnia, prout in ipſis Capitulis continetur,
ac omnia, & ſingula in iis contenta confirmarunt,
innovarunt, & de novo fecerunt, ſingula ſingu-
lis congruè referendo, qui enim * confirmat, non 21
videtur in aliquo derogare, vel addere, leg. more
majorum ibi DD. Communiter, ff. de juriſdict. om-
nium Judicum, & in his terminis Modern. Panorm.
dicto conſilio 6. ſub eodem n. 14, & de dictione in
omnibus, & per omnia, * quod importet omnimo- 22
dam conformitatem, Socin. jun. conſ. 398, n. 7,
lib. 3, Mart. de clauſ. part. 1, clauſ. 62, aliiſque rela-
tis Barboſ. eod. tract. clauſ. 67, Rota deciſ. 429, n.
2. part. 2, rec. Et de alia, ſingula ſingulis congruè
referendo, quod operetur, ac ſi ſuperius diſpoſi-
ta fuiſſent expreſſa cum omnibus ſuis qualitatibus
probat gloſſ. in l. ſi negotium, in verbo geſtorum,
Cod. de negot. geſt. idem Mart. clauſ. 360, Gratian.
diſcept. forenſ. cap. 65, n. 17, & in ſpecie inſtru-
menti facti prout in Capitulis, quod juxta illorum
tenorem intelligi debeat ex natura dictionis, prout,
* quæ omnimodam importat ſimilitudinem, ne- 23
dum in ſubſtantia, ſed etiam in qualitate ad text.
in l. edita, C. de eden. & in extravag. ad reprim.
verb. prout Gemin. conſ. 29, in princip. dixit,
Mantic. de tacit. dicto libro 3, tit. 3, nu. 10, Pen.
deciſione 1350, n. 5.

Nec ideò quamvis latior ſit forma ſubſequentis
ſtipulationis, ut ibi; Et propterea conceſſerunt, &
tradiderunt Joanni Baptiſtæ præſenti, & ſtipulanti
pro filiis ſuis, & ad eorum tertiam generationem, dici
poteſt receſſum à præcedenti conceſſione facta
juxta capitula, ponderando naturam dictionis, pro-
pterea, * quæ poſita poſt copulativam, Et, con- 24
jungit diſpoſitiones, ita ut una ab altera pendere
dicatur, cap. quia propter de elect. Socin. conſ. 156,
n. 18, lib. 2, Seraphin. deciſ. 885, n. 7. Et unica di-
citur oratio, quæ ab uno principali verbo diſpo-
ſitivo regitur, Gratian. diſcept. forenſ. c. 988, n. 26,
Modern. Eugub. controverſ. forenſ. 6, n. 25, part. 1.
Unde potius d. verba * Cominciando da ſuoi figli- 25
voli, de quibus in Capitulis, & alia, & ad eorum,
&c. expreſſa in Inſtrumento cenſetur habita pro
Synonymis, eumdemque recipiunt intellectum, &
ſi diverſimodè eſſent interpretanda Curt. jun. conſ.
111, n. 7, conſ. 113, n. 8. Aim. conſ. 62, n. 12, Bel-
lon. jun. conſ. 2, ſub nu. 25, Rota deciſ. 40, nu. 8,
verſ. non obſtat, part. 5, recent. Et ea ſemper fieri
debet interpretatio, * per quam Inſtrumentum, & 26
capitula reducantur ad concordiam, etiam impro-
priando verba Cravet. conſ. 70, n. 5, Dec. conſ. 194,
nu. 3, Paul. de Mont. Pic. conſ. 52, n. 18, Torniel.
conſ. 49, n. 35, Rota coram Merlin. d. deciſ. 608,
n. 14, 15, & in Piſauren. Donationis poſt Merlin.
de legitim. deciſ. 172. n. 23.

Confirmantur prædicta, ex ſententia Executo-
ris, qua conceſſio confirmatur, uſque ad tertiam
generationem incipiendam à filiis; ad cujus for-
mam inſtrumentum cenſetur ſtipulatum, ut in
terminis conceſſionis Emphyteuſis quod præſu-
matur facta, ut cantat Sententia executorum, ut
juxta præcedentem tractatum, cùm à primordio
* tituli poſterior formetur eventus, Modern. Eu- 27
gub. controv. 145, n. 44, Rota coram Gregor. de-
ciſ. 522, n. 6, & deciſ. 663, n. 23, part. 1, recent.
Alias in parte alterata careret Apoſtolico bene-
placito, nec ideò deberet attendi, ut in ſpecie,
* quod ideò ſit attendendus tenor beneplaciti, 28
non

non inſtrumentum, dixit Rota in una Senen. Præ-
dii coram Seraphin. deciſ. 868, per tot. confirma-
ta coram Gipſio 7 Maii 1590.

Nec intrat præſumptio alterius plenioris confir-
mationis ex curſu temporis, quàm aliàs, ubi be-
30 neplacitum Apoſtolicum * producitur à Domino
directo, admiſit Rota deciſione 14, nu. 40, 41, p. 6,
recent. cùm illa ſublata fuerit ex Conſtitutione fæ-
lic. record. Urbani VIII. ut ſæpius reſponſum
fuit; & ſignanter in Leodien. Dominii 25 Junii, §.
fin. coram Eminentiſſ. Card. Corrado.

31 Quibus etiam accedit ſubſequuta obſervantia *
optima interpres intentionis contrahentium, cap.
inter dilectos, ubi gloſſ. verb. ex forma de fin. Inſtru-
ment. Felin. in cap. ſuper litteris num. 9, & 10, de
reſcript. Exiſtentibus enim in rerum natura uno,
eodémque tempore deſcendentibus maſculini ſe-
32 xus, & fœminini, his ſemper excluſis, licet in pa-
ri gradu, illi integrum Caſale poſſederunt, ut aliàs
in ſimili conceſſione ponderavit Rota in Mantua-
na, ſeu Senogallien. Bonorum ſuper bono jure 14
Martii 1646, §. fin. coram Reverendiſſimo P. D.
Meltio.

Nec obſtant adducta in contrarium, quia aſſerta
33 Capitulorum obſcuritas, ut illa verba * Commin-
ciando da ſuoi figliuoli, poſſint intelligi quoad tem-
pus conceſſionis, repugnat literali eorum ſenſui, &
tanquam immediatè adjecta generationi, eam ſo-
lum qualificant Surd. conſil. 160, n. 64, conſ. 269, n.
19, & conſ. 271, n. 68. Nec ullatenus referri poſſunt
34 ad initium conceſſionis, * de quo diſcreta ſit men-
tio, ut ibi, la qual conceſſione habbia da comincia-
re dal giorno di Sant Angelo. Surd. conſ. 426, n.
1, conſilio 554, n. 7, & 8. Adden. ad Gregor. de-
ciſione 301, n. 18.

Narrativa Notarii, & diſpoſitiva Inſtrumenti,
vel ſunt, ut ſupra, reducenda ad concordiam cum
Capitulis, vel eo poſtpoſito, etiam uti carente
beneplacito Apoſtolico in parte alterata, illis eſt
inhærendum ex præallegatis.

Ad inſtrumentum confirmationis eadem patet
reſponſio, cæteræ verò enunciativæ non minus
concordant cum Inſtrumento, quàm cum Capitu-
lis, ut ex earum lectura patet; nec eſt admittenda
præſumpta mutatio voluntatis ex curſu temporis,
35 * cùm Inſtrumentum fuerit celebratum, relativè
ad capitula, ac in illorum exequutionem; quo ca-
ſu, non aliàs cenſetur receſſum, quàm ſi delata
fuerint, vel id partes expreſſerint, Theſaur. dicta
q. 1, nu. 67, ubi quod non attenditur intervallum,
quando Inſtrumentum ſit in vim præcedentis con-
ventionis, Cravett. conſil. 166, num. 2, ubi quod
intervallum non obſtat repetitioni, quæ fit ex re-
latione Mantic. d. lib. 3, tit. 3, n. 11. Merlin. de-
ciſ. 608, num. 20.

36 Argumentum intraturæ * cùm non reſpiciat
ſubſtantiam contractus, Bart. in leg. ſi mihi, & Ti-
tio, ff. de verborum obligat. Reodan. de rebus Ec-
cleſ. non alien. quæſt. 2, cap. 22, n. 3, Ricc. in prax.
Eccleſ. reſponſ. 158, num. 3, p. 2, non contrariatur
Capitulis, in quibus ſolum prohibetur mutatio in
ſubſtantialibus, & ex ſpeciali declaratione ſuper
37 inde facta, oritur argumentum * continuatæ vo-
luntatis quoad non expreſſa, Ruin. conſ. 112, n.
3, lib. 5, Socin. ſen. conſ. 96, num. 2, libro 1. Becc.
conſ. 74, nu. 23, lib. 1, Mantic. de tacit. lib. 14,
tit. 18, n. 6.

Cæterùm quod correſpectivè ad promiſſa per
Joannem Baptiſtam, conceſſio latè debeat inter-
pretari, reſponſum fuit, hoc ſolum in dubio
procedere poſſe, ſecus in claris, & potius in am-
38 biguis * favori privatorum prævalere debet fa-
vor Eccleſiæ Felin. in cap. nonnulli n. 13, de reſer.
Bald. in cap. in præſentia, col. penult. de probat. &
in leg. 2, n. 11, Cod. de jur. emphyt. Gratian. diſ-
cept. for. capite 295, n. 10, Tiraquel. de pia cauſ.
priv. 98. in fin. Rota deciſione 454, num. 4 p. 1, di-
verſ. & deciſ. 97, n. 12, p. 7, recent.

Sive igitur conceſſio controverſa ſit locatio; ut
demùm opponebant informantes pro Robertis, ſi-
ve Emphyteuſis, cùm pro utroque contractu plures
hinc inde vigerent præſumptiones, & conjecturæ,
ſat eſt ad illorum * excluſionem, quod facta fuerit 39
ad tertiam generationem maſculinam, ſub qua maſ-
culi ex fœminis non continentur etiam in locatio-
ne, cùm non ſpectetur natura contractus, ſed for-
ma ſtipulationis, Rota in Romana domus 22 Apri-
lis 1644, coram Eminentiſſimo Cardinali Cocchino,
& 19 Junii 1645, coram Eminentiſſimo D. Cardi-
nali Otthobono, & fuit dictum in ſupra citata deci-
ſione hujus cauſæ alias edita coram me in §. finali.

Et ita utraque, &c.

DECISIO CII.

R. P. D. Bichio.

Anconitana prætenſæ venditionis.

Lunæ 14 Junii 1655.

SUMMARIUM.

1 Apocha non præſentata in Archivio non valet.
2 Inſtrumenta non requirunt Archiviationem.
3 Dolus arguitur in venditore, qui non detegit onera rei venditæ.
4 Inſtrumentum eſt de ſubſtantia contractus, quando partes ita convenerunt. & n. 15.
5 Pœnitentiæ locus eſt etiam in contractibus nominatis adhuc imperfectis. Amplia ut n. 6. & n. 7, & n. 12.
8 Contractus ad perfectionem voluntas dubia non ſufficit. Reſciſſio intrat ſi res non libera pro libera tradita fuit, n. 16.
9 Gerundium, eſſendo, reddit conſenſum conditionalem; Amplia ut n. 10.
11 Conſenſum præſtans ſub conditione, ea non impleta non dicitur conſentire: purè præſtitiſſe contractui, quando quis dicatur, n. 13.
14 Conditio adjecta ſubſcriptioni Apochæ refertur ad contenta in Apocha.
17 Dotalis fundus eſt alienabilis.
18 Emptor non tenetur liti ſe exponere.

BUrghettus an cogi poſſit ad conficiendum
inſtrumentum aſſertæ venditionis prædii In
contrada nuncupata de monte Dago, ei venditi
à Franciſco de Carolis, & ad ſolvendum pre-
tium; cognitum hodie fuit, & negativè reſpon-
ſum. Primò, quia conventio circa emptionem
dicti prædii non probatur, niſi ex quadam Apocha
privata, * quæ cùm non fuerit archiviata, non 1
meretur fidem, aut executionem, obſtantibus
conſtitutionibus Apoſtolicis, Rota deciſione 132,
num. 3, inter impreſſ. apud Zacch. de obligation.
Camer. ſecundum ultimum impreſſum, quòd-
que dicitur ceſſare Archiviationis neceſſitatem
in publicis inſtrumentis, * quando adeſt frau- 2
dis ſuſpicio Put. deciſione 296, libro primo, in cor-
rect. Buratt. deciſione 456, num. 18, Rota inter
recent. deciſione 662, num. 4, parte prima, non
applica-